

## 6 JURIS FEUDALIS

Romano de feudis extet uerbum, *Molina*,  
*dict. loco*, quoniam feudum & vasallus Lon-  
gobardorum sunt vocabula, quemadmo-  
dum pleraque alia, vere Latinis prouersis in-  
cognita.

### DE ETYMOLOGIA feudi.

#### C A P. II.

*Feudum  
dicitur  
non à fœ-  
dere.*

*Non à  
vacelle  
ro.*

*Sed à fi-  
delitate  
seu fide.*

**F**eudum alii à fœdere deducunt,  
eo quod initio fœdere, ad mu-  
tuam, fidelitatem præstandam, ultero  
citroque vasallus & dominus se obli-  
gent, *Zasius* parte I. quem sequitur  
*Sonsb.* parte 2. num. 32. alii à vacelletō  
seu vasleto, quod ministrum sonat,  
ut *Cenna*. & *Hotam*. Alii aliunde.  
Obertus à fidelitate seu fide deducit,  
feud. 2. titul. 3. inf. quem sequitur *Dutar*.  
cap. 2. num. 3. *V Vesembec.* cap. 1. & *Cu-  
jac.* in proœm. feud. Id quod puto ve-  
rius. a

a Ratio quoniam fides est forma feudi:  
unde sicut substantiam, ita & nomen me-  
rio accipit. Hinc vasalli fideles di& feud.  
1. tit. 1. §. 2 titul. 4. in princ. tit. 10. & multis  
aliis